

35 Rescribatur quoque predictis duche et consiliarijs, quod sicut cognoscere
possunt, nec tempus, nec conditiones istarum partium patiuntur ad presens, equi-
tes nec equos protinus inuenire, uerum tamen quia ista negotia ipsarum partium
nobis sunt cordi preteritis Ex nunc deliberamus per omnem modum inuenire
equis pro futuro proximi tempore. Et ipsos si et sicut opportunetur illuc mittere
40 pro bono statu insule prelibate. Et ideo ipsi tamquam prudentissimi, et solliciti
hortentur et uigilent ad ea ut speramus que sint nostri honoris et status insule
supradicte.

 Scribatur etiam eisdem duche et consiliarijs, quod prudenter inuestigent et
inquirant de conditione et qualitate huius rebellionis, et quomodo prouidere uti-
45 liter posset pro nostro honore, ut cesset ipsa rebellio et in statu pacifico reducta
insula, ualente conseruari, et etiam de facto castris Selino quid foret agendum, et
si esset de nouo construendo* et quomodo quicquid inuenerit et suum consi-
lium nobis solícite et distincte debeant denotare.

 Scribatur similiter alijs nostris rectoribus, quod inquirant et informant se de
50 predictis et nobis scribant quid inuenerint et suum consilium super inde ut
supra dictum est.

 Replicentur preterea litterae alias scriptae, et misse per barcham ut fuitur
expediens, et commissio accipiendi mutuo duche et suis consiliarijs. Et si uidea-
tur dominio de hinc mittere pecuniam propter respectum soldi ballistariorum, si
55 contingat quod aliqui ibi debant remanere, in hoc prouident sicut placet.

9

Ἐξουσιοδοτεῖται ὁ Δόγης, οἱ Σύμβουλοι καὶ οἱ πρόεδροι τῶν 40 νὰ προμηθευθῶσι ὅπωςδῆποτε
ἵππους καὶ νὰ ἀποστείλωσιν αὐτοὺς εἰς Κρήτην. 1333, Ὀκτωβρίου 14.

F^o 33^r N^o 249. Millesimo trecentesimo XXXIII, die XIII Octubris.

 Quod dominus, consiliarij et capita habeant libertatem per omnem uiam que
sibi melior uidebitur, faciendi inquiri equos et inuenire in illa quantitate que uide-
5 bitur, possendo propterea scribere, committere et expendere, ut fuitur opportunum.

10

Πρὸς σωτηρίαν τῶν Χριστιανῶν τῆς Ρωμανίας νὰ γίνη προσπάθεια, ὅπως ὁ καπετᾶνος τῆς ἐνώσεως
κατὰ τῶν Τούρκων ἐνεργήσῃ, εἰς τρόπον ὥστε ἡ ἐνωσις αὕτη νὰ καταστῇ διαρκής, ὑπογραφομένης
πενταετοῦς συνθήκης. Δίδονται ὁδηγίαι πρὸς τοῦτο. Σκοπὸς τῶν Βενετῶν, ὡς ἐμφαίνεται ἐκ τοῦ
θεσπίσματος, εἶναι ἡ ἀποτροπὴ τοῦ κινδύνου τῆς ἀπωλείας τῆς Εὐβοίας. 1333, Ὀκτωβρίου 16.

F^o 33^{to} N^o 250. Millesimo trecentesimo XXXIII, die XVI Octubri.

* G. Gerole Monumenti κτλ. Τόμος Α. Μέρος Ι σ. 233, σημ. 3.



Capta. Examinatis litteris et nouis Turchorum et Romanie consulunt sapientes, quod scribatur nostro capitaneo unionis, quod optamus, sicut possumus, quod ipsa unio continue firma sit, nec usque ad temporibus alijs firmatum quinquenij infringatur, cum cernamus dictam unionem fore conseruationem Cristicolarum Romanie, et ipsis partibus fructuosam. Et quod cum domino Imperatore Constantinopolis, et cum domino Magistro Hospitalis sollicitet quantum potest, seu cum presidentibus armatarum ipsorum dominorum per illam uiam que sibi utilior apparebit, quod dicta unio duret, et quod armate retinende per ipsos dominos in unione premissa, continue et quolibet tempore similiter sint ad seruitium et bonum dicte unionis, sicut in ejus confirmatione sint inter partes promissum, cum pro parte nostra omnino intendamus seruare id quid per nos promissum fuit in dicto facto, et quod armata nostra continue ibi sit, sicut fuitur opportunum. Et si firma manebit unio, ut speramus, scribatur dicto capitaneo, quod gens Crete necessaria est in insula Crete propter conditiones et nouitates imminentes, in illis partibus, sicut nouit, et quod propterea in Cretam remittat suas duas galeas, et quod accipiat et retineat secum duas de galeas, que sunt ad Culfi custodiam deputate, ut habeat numerum completum sex galearum, quas pro parte nostra tenere debemus in unione prefata, et siqui homines deficientur in dictis sex galeas, quas secum retinebit, accipiat de illis aliarum galearum Culfi, et de ipsis suppleat numerum defitientium sibi, ita quod dicte sex galee plenari sint furnite, cum quibus similiter cum armatis dominorum ipsorum in unione promissis remaneat ad seruitium dei et bonum unionis predictae, et similiter cum alijs armatis predictis, procurret faciat id quid sit bonum agendorum et honor noster, sicut de ipsis speramus, et quod suo loco et tempore prouidebimus, sicut opus fuerit, de refrescando armatam unionis predictae. Et remanente ipsi capitaneo, cum dictis sex galeis in unione premissa, post quam nostre armate omnes Venetijs redierint ordinet, quod capitaneus Culfi cum galeis sibi remanentibus Venetijs reuertatur, seruante tamen ipso capitaneo Culfi in reditu suo, in facto leuandi mercationes id quid pridie sibi fuit per ducales litteras denotatum, et sic scribatur dicto capitaneo Culfi, quod debeat obseruare. Si uero pro parte dominorum nostrorum, unio remaneret, uel non, uideretur ipsis dominis de retinendo in mari quantum per hac hyeme, armatam unionis predicta, scribatur capitaneo supradicto, quod Commune nostrum sustinet, et est pro sustinendo expensas et maximas grauitates, tam pro facto Nigropontis et Crete, quam alijs multis rationibus et causis, quas potest satis uerisimiliter cogitare; et quia optamus conseruationem ciuitatis Nigropontis, sicut possumus, nec sumus ita de hinc informati de statu et conditionibus ciuitatis prefate, sicut est ipse, qui ad oculum uidit factum, committimus sibi et

Baiulo nostro Nigropontis, quod in casu predicto uidelicet quando non esset firma
 40 unio, uel quando alij domini unionis uolent pro hac hyeme tenere in mari armata
 unionis, ut dictum est, dimittant in ciuitate Nigropontis gentem in illa quanti-
 tate, que sibi et dicto Baiulo uidebitur opportuna, pro conseruatione solum ciui-
 tatis predictae, habendo semper respectum ad expensis, et grauitates predictas, et
 quam gentem de armata unionis et Culfi accipiant de melioribus et de illis, qui
 45 in dicta ciuitate libenter uoluerint remanere. Et quia non esset utile quod idem
 capitaneus deberet in conducendo secum galeam uel galeas uacuas fatigari, scri-
 batur sibi, quod secundum numerum gentis, que remanebit ad custodiam ciuitatis
 predictae, relinquat etiam nostro baiulo ibi galeam, uel galeas, quam, uel quas
 idem baiulus ibi faciat comode conseruari, de quibus omnibus scribatur, sicut
 50 opus fuerit, baiulo supradicto. Et hijs expletis idem capitaneus unionis Venetijs
 reuertatur. Uerum si idem capitaneus se reperiret a Mothono citra uersus Vene-
 tijs, in casu predicto, silicet quando unio facta esset, uel quando non uideretur
 presidentibus predictis, quod armata predicta deberet remanere in mari hac hyeme,
 committatur sibi, quod mittat Nigropontis unam de suis galeis bene furnitam que
 55 habeat ballistarios superfluos in illa quantitate que sibi necessaria uidebitur, pro
 custodia solum ciuitatis Nigropontis, que faciat uiam de Creta, et accipiat libras
 sexagintas grossos de illis quas portauit ser Bernardus Justinianus, et dictos de-
 narios conducat et consignet baiulo et consiliarijs Nigropontis, et ibi maneat dicta
 galea cum dicta gente et ballistarios ad custodiam ciuitatis predictae. Si uero idem
 60 capitaneus dimisisset ita frumenta de gente ciuitatem Nigropontis, quod non
 uideretur sibi opus aliam gentem mittere Nigropontis quod custodia ciuitatis
 ordinet quod dicta galea uadat in Creta et accipiat dictam pecuniam, et eam
 63 portet Nigropontem et post modo dicta galea Venetijs reuertatur.

11

Θέσπισμα συναφές πρὸς τὸ προηγούμενον, προοριζόμενον διὰ τὸν Βαῖλον Εὐβοίας. 1333, Ὀκτωβρίου 16.

№ 33^{to} № 252. Millesimo trecentesimo XXXIII, die XVI Octubri.

Capta. Scribatur etiam baiulo et consiliarijs Nigropontis quod consideratis
 conditionibus partium illarum, et subitis periculis, que occurrere possent, mani-
 feste conspiciamus, quod quanto domini, milites et burgenses Nigropontis habe-
 5 rent minorem ambitum ad custodiendum, tanto essent magis securi, et foret cum
 minori grauitate ipsorum, et propterea per illam uiam, que ipsis baiulo et consi-
 liarijs conueniencior apparebit, sicut et quando eis uidebitur, cum dominis, mili-
 tibus et burgensis Nigropontis, ad quos res pertinent, loquatur et conferant de
 predictis, et eos indicant in quantum possint, quod se restringant in quam minori